



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Instrvctio R. P. Bartholomæi Riccii Societatis Iesv
Theologi De Modo Recte Meditandi De Rebus Divinis**

Ricci, Bartolomeo

Mogvntiæ, 1605

2 Quid sit Consolatio spiritualis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59608)

statim transit dulcor eius: deglutio quidem illud, quicquid est in spe Vita aeterna, sed operationis eius virtutem ruminando diu omnibus anima Venis & medullis, quasi Vitalem quendam succum optabam infundere, et ab omnibus aliis affectibus desipere, & illud solum saperet: sed festinat transire, & tam de inquisitione vel acceptione eius, vel Visu formata quadam lineamenta memoria gestio arctius impressa committere, vel etiam memoriam labilem scripto iurare experimento cogor dicere illud Evangelicum. Nescio unde Veniat, aut quo Vadat.

Joan. 3.

Quid ergo potero dicere ego, qui tantum parum, tamque raro hanc rem degustavi? Contentus ergo ero tantum rivulis, quos sancti in suis libris reliquerunt, ex redundanti diuinarum Scripturarum fonte, ut de se fatetur B. Bernardus, delibatis. Caterum inquit, deriuentur inde aqua & in plateas, has me habere minus fatcor, dum tamen nemo mihi molestus sit, aut ingratus, si de publico haurio, & propino.

Serm. 23.
in Cant.

Quid sit consolatio spiritualis.

CAP. II.

AD intelligendum nomen sciendum est, tertiam Appetitus sensitiui affectionem qua

qua dicitur, Delectatio, & in intellectu
Gaudium, quando versatur circa res natu-
rales, eandem vocati consolationem, vel
Gustum spiritualem, quando versatur circa
res spirituales. Diuiditur autem in sensibi-
lem & intellectualem.

De natura & essentia consolationis tan-
tum dicam, quæ scripserunt S. Bonauentu-
ra, & B. P. N. Ignatius in Exercitiorū libro,
in quo breuissimè quidem, sed præclarè sa-
ne naturam illius attigit *Spiritualis*, inquit,
*consolatio propriè tunc esse noscitur, quādo per
internam quandam sui motionem exardescit
anima in amorem sui creatoris, nec iam crea-
turam illā nisi propter illum potest diligere.*
Adiungit deinde & aliud illius signū *Quan-
do etiam lachrymæ fiuntur amore illum
prouocantes siue ex dolore de peccatis profluāt,
siue ex meditatione passionis Christi, siue alia
ex causa qualibet in Dei cultum & honorem
ordinata.* Addit & tertium. *Postremo quoq; con-
solatio dici potest fides, spes & caritatis quodlis-
bet augmentum.* Vbi nota augmentum illud
non esse positum in rerum credendarum nu-
mero, sed in claritate, qua cognoscuntur.
Deniq; subiicit & quartū *Item letitia omnis,
qua animum ad celestium rerum meditationē, ad
studium salutis, ad quietē & pacem cum Do-
mino habendam erigit.*

S. Bo-

S. BONAVENTURA de Processu religionis parte 3 agens de hac consolatione, dicit primo, etiam si propriè sit actus voluntatis, pertinere tamè etiam ad intellectum & Memoriam. *Ratio, inquit, illuminatur ad cognitionem Dei, Voluntas accenditur ad amorem boni. Memoria tranquillatur ad fruendum vero bono.* Pergit deinde ad explicationem obiectorum cuiusq; potentia.

De Intellectu quidem ita loquitur. *Rationis ornatus est lucida intelligentia de Deo, & de his quæ de Deo sunt, & ad Deum conducunt, & sunt Intellectus sacra Scriptura, rationes fidei & operum Dei, & intelligere quid placuit sic Deo. Et inter vitia & virtutes discernere, & naturas ipsorù cognoscere, & remedia vitiorum, & vias virtutum, & scire utilitatè, & in operibus Dei admirari potentiam, sapientiam & bonitatem.* Deinde subiicit. *Voluntatis ornatus sunt, sancta actiones, & deuota ad Deû; feruor fidei fiducia spei, & dulcedo caritatis, bona Voluntatis alacritas, spes de remissione peccatorum, deuotio circa Christi humanitatem, & passionem, nec nõ circa eius diuinitatem, desiderium regni caelestis, confidentia de exauditione orationis, affectus diuina familiaritatis, & similia, quæ afficiunt hominem ad amorem virtutum, ad odium*
Vicio.

vitiorum, ad dilectionem proximorum, & ad studium bonorum operum.

De Memoria quoq; sic loquitur. Memoria est ornatus sacrarum copia cogitationum, affluentia & stilium meditationum, stabilis memoria Dei, exclusio vagationum mentis, tranquilla adhesio Dei, & corporalium imaginationum repulsio, perfecta omnium mandatorum oblitio, & unus Spiritus esse cum Deo.

Immò dictus sanctus has consolationes putat etiam redundare in corpus, ita scribens, similiter quando corpus nostrum ita subditum est Spiritui, ut promptè ei obtemperet in non concupiscendo mala, non horrendo dura, & non fastidiendo bona. Et concludendo demum dicit, ista habere est consolationibus foveri.

De Consolationum spiritualium causis,
& quomodo se homo in illis g-
rere debeat.

C A P. III.

B. P. N. Ignatius de ea re ita scribit. Proprium est Dei, & angeli cuiusq; boni Veram infundere spiritualem letitiam animæ, quam movens sublata tristitia, & perturbatione amittit, quam ingressus demon. Hoc au-

Hh rega